

antiflare nos Dominus pronunciauit. Si non & Phœnicibus, nihil magnum: inquit de Refurrecti. Carnis, cap. 13. Tertull. uti vidimus saepe. Quare si non Phœnicum, minima gloria, cum Aquila inter aves extollatur ut regina?

Ovid. & Claud.

Regia sustinet ales. Stant belatrices aquila, seruique dracones. Unde in singularitate Phœnicis, & quo intuitu redigenda tota felicitas hominis? Ex Sebastiani triumpho præ se fertur antelatio. Aquila fortiter in certamine pugnat, & quousque vitam pro virtute deponat: ceteram post mortem vitam non habet, ut iterum ipsa pugnet. Phœnix etiam post extinctam flammam vitam, singulari virtute vitam retinet flammam. Seipsum iubenter ferverans, renouat, natali sine decedens, atque succedens iterum Phœnix (subdit Tertullian.)

Idem.

Ubi iam nemo, iterum ipse: qui non iam, alius idem, de morte, defunere. Quid signatius & expressius in Sebastiani causam, propter insignem singularem victoriam?

Meta-phr.

Quidni similis in eugna aquila, sic Phœnicis

Me suscitavit Dominus, o Imperator! dixit stupenti Diocletiano; ut ex Metaphrasie asserit Lipom. p. 2. pag. 115. Dormierat illudisque amoris plagis, dulci sagittarum telo; & vigilat quasi vir qui sulcitur a somno suo. Videbatur illo succumbente Imperatori, triumphasse. Merita est iniquitas sibi. In novum certamen; qui non iam, alius idem. Decedens renouat halitum, ne tyrannus erigat vanè trophæum: igitur si necessaria pugna; etiam corpore iacente, erigetur Sebastianus tam de morte, quam de funere. Hac enim de causa invenitur vivus, dum quaeritur sepeliendus. In novum certamen eius necessaria virtus: equidem si ipse qui resisterat sublatu, quoniam sagittis perfossus; immerito gloriatur tyrannus de corona victoriæ: Sebastianus enim in pugnam ut Phœnix iterum ipse. Decedit in natalem: seipsum pro se sufficit; ut inexpugnabilem demonstraret virtutem: quod quidem iure miratur ubi in pugnam & vitam mors studiosè repetitur. Ne tyranno pax aliquando aut aliquomodo sit.

Seneca. Agamem. v. 994.

Mortem aliquid ultra est. 13 Patet non aquilæ pugnacis virtute, sed conditione Phœnicis, esse specimen excellentis magnitudinis hominis. Hinc in fidei testibus, vulneribus & torsionibus præbentibus testimonium, ni Phœnicibus præliterint, nihil magnum; quoniam magnitudo virtutis elucet (si bellum instet) dum armis ipsam vitam extincta, in victorem infatam revocat arma: & ubi certamine invenit ut Phœnix mortem; qui idem

iam alius, indicat novum certamen. Dialecto nostras: Sobresale in ei valor la grandezza, en que la misma vida perdida, para volver a vencer, presente al tyranno la batalla. In splendorem virtutis mirabilis, obiecta fax seu lucerna, cum lemmate: *Dua. mortes* Adi Pier. Valer. lib. 46. cap. 13. Aprè non enim esset, quousque virtus, magna; ni post mortem aliter ipsa ad pugnam restaret vita: igitur si vita deficiente præ vulneribus hostis proferretur, virtus in morte ad certamina non moritur. *Nova bella* in Sebastiano elegit Dominus. Novum praliandi genus, dum nova pectoris virtus: equidem in admirationem novum; quòd vita ista telorum periret, & ipsa in novum confictum ad victoriam permaneret. In duplicem mortem fax vitæ splendore rutilabat; quippequam.

Pier. Valer. Cur lu. corna. ib. fertur

Iudit. 5. 8.

Ovid.

Cap. 19. 81.

Nobilitas eius certaminis & trophæi.

Lucan.

Non se melior. te tyrannum vincit.

Pluchar

Senec.

Iob. 5. 4.

Chrysol.

Victor cum cecidisset erat. Ubi sævi dracones iruant aquilinae acies: ubi splendor virtutis, aquila conditione Phœnicis; ut repetitione certaminum ab Ecclesia venena repellantur draconum: etenim ut N. athleta præleret ut Phœnicis mirabilis mirabile; caelum (dicam ex Luciano, 4. Pharsalic. bell. à v. 598.

Tam vastas cumulavit munere vires. Tam defæta viget renovato robore membra. Post vitam, pugna consummata ad propositam victoriam, nullus martyrurum redit ad pugnam, cum iam non sit: Sebastianus vel succumbens animis & pectore supra est. Ubi iam nemo, iterum ipse. Ubi nemo, denuò triumphavit de morte. Phœnix floret prodigiosus & præclarus, in quo suscitatur ut pugnet incluta virtus: equidem in consummandam victoriam, placuit virtuti denuò amittere vitam.

14 Præstat, semel mortem oppetere, quam semper formidare: inquitbat Cæsar apud Plutarch. in eo. Non est species virtutis, quæ tantum species. Non est, ubi mors inicit; sed dum repetitur. Unde Senec. d. subdit: *Non fuit Dijs immortalibus satis, expectare Catonem semel.* Scrutemur isthoc nobile certamen. Nihil in lobi corpore nisi vulnus; & singula vulnera (si quibant distingui ab oculis) proveniebant è sagittis. *Sagitta Domini in me sunt, inquit: Totum eius corpus unum vulnus. Oportebat enim totum, ac per totum coronari luctatorem, à pedibus usque ad caput. Salutare vulnus! Sagitta infixæ sunt* (ait Chrysolom. Homil. 3. & 4.) *at quales sagittæ? Sagittæ pietatis, sagittæ iustitiae, sagittæ celi virtutis. His avinis sagittis anima vulneratur: sed ubi totum corpus telis damonis percussitur.*

ter. Quid tunc Iob? Dicebant (inquit) in nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Alij ut vidimus, *1 autolog. 3. D. 5. n. 22.* legunt: *Sicut Phoenix.* Moriar, Vivam. Moriar, ut avis, in nidulo. Vivam ut Phœnix, ex occasu. Perdidit. Si in dolorum refrigerium & solatium exoptat obitum; dum vitæ fruitor, frustratur remedium. Satagat ergo quod ictum sagittis corpus videatur cadaver: verum mori in nidulo tamquam Phœnix? Merito quidem, ut pectoris præ se ferat spectabilem virtutem. Arbitratur pusillanimitas, cor ictibus telorum cedere, ni reveratur in confictum & luctam commissa pugna. Si redit etiam factum in certamen, liquet, vel telis non defecisse virtutem. Mori sagittarum turbine; erat tantum, semel mori: vitamque inter sagittas desiderat uti Phœnicem; ut virtute non extincta possit redire in certamen. Ulterius. Dæmoni videbatur, quòd deficeret virtus, modò sagittis impleret corpus. Ut totam vulnere fuper vulnus vomeret iram, totam spiculis evacuavit pharetram: athletaque habens vitam ex morte, ut Phœnix surgit è funere aliter ipse, moriens in nidulo; quoniam vel corpore toto faucio, pugnavit denuò. Præterea. Dies athleta est dies certaminis, uti aquilæ pugnacis & belatrix; ut quantumvis per cæcum, penetrabile vulnus, ascendat in certaminis palma, & apprehendat fructus eius. Iam Iobus referus telis præ dolore iacebat; verum denuò sicine pugnare desiderat: & ut moriatur, non aquilæ intendit dexterritatem, sed Phœnicis singularem novam pectoris virtutem; quoniam si dies unus fat ad palmam ex fervore certaminis, ad certamen profectò Phœnix multiplicat dies: igitur ut proferat penitus hostem, in extremo confictu apparet alius & idem.

Cue te certamine confertur papilionis

nat. Qui circumvolitat cruciatus ad ignes, Num, vid naturam papilionis habet? Uti que constat ex Sebastiani certamine. Fulgore imperatoris potestatis, erat in aula Dax & Princeps primæ cohortis. Quem conceperat in Diocletiano maiestatis fulgorem, adversus Christicolam invenit ignem urentem. Circumgyrat, non rationem, sed furoris flammam esse Imperatori demonstrat. Magis maictas excandet, & à Sebastianum fulmine, non radijs pellit, sagittis configi iubet, athleta cadit. At casus cedit? an cessat? In fulmina ut sagittas mitemtem audacter pugnat, & ac certamen provocat; quin succumberet cadens: quandoquidem pralians aquila, fed instat Phœnicis; qui ab hoste indicatus iam nemo (quasi telis sine spiritu) ut vinceret denuò novo certamine; de funere, de morte, apparuit iterum alius & ipse. In nidulo moriens, multiplicavit dies, parat per victoriam palma, & cum virtutis mirabilis gloria: equidem holtem provocavit, quousque spiritum deposuit: & primum cadens, sed non moriens sagittis succubuit; ut postet iterum inimicum superare. *Ignis* (ait Senec. *Ad Marciam*, cap. 23.) *quo clarius suscitatus extinguitur. Quicquid ad summum pervenit, ad exitum properat. Eripit se aufert que ex oculis perfecta virtus.* Sebastianus manebat in terra, donec obventa victoria: hoste prostrato, evolavit ad alta. Ut illum subingaret (canit Mell. *Souf. de Passion.* v. 442.)

Otha Ven. Emigis

Tyrannum ad pugnam provocat & pugnare renouat.

Seneca

Souf.

Exhaustas quoties in pristina vires Restituit

DIDASCALIA VI. Probatio dilectionis, exhibitio est operis.

1 D Escripturo Iesu amorem, ipse sui tantum potest exhibere imaginem: igitur si prorsquam hora veniret, sic dilexit, ut sagittis ignitis flagrant ictus, quæ & quanta pectoris altuaris flamma, quando venit hora eius? Dilexit cum dilexit; dum signa eximie dilectionis ostendit. Ingens planè cordis flamma: sed que signa? *Charitas* (ait Bernard. *serm. de Passion. Domin.* n. 5.) *tam infestimabilis, humilitas tam admirabilis, patientia tam insuperabilis.* Charitas, dum dilexit alienos, quasi dilexisset suos. Humilitas, quam dominus & conditor rerum cepit lavare pedes

Bernard signa Christi dilectionis.

Oo







corona desponsationis, nuptia; quia quae spinæ, iam sunt rosæ: apertum est enim undique regnum colorum ex clavibus spinarum. Deo ultionum Marti olim inter Ethnicos litatum, per hominis sacrificium, quam viciniam spinis ac vepribus dirisissimè coronabant; postque vitam in arbore suspendebant. Refert Gyrald. Syntagm. v.7. n. 97. Aliter sacrificio non litabatur. Unde hoc nisi de nostris sacramentis? Homo in sacrificium coronatus spinis, antequam vivus suspenderetur in arbore? Quis? Effigies sane Christi. Profundè litatum est. Iam Pater misericordiarum, qui Deus ultionum: equidem liberè egit, atque sacrificium accepit; ubi vel pungentibus ingratissimè colorum portas aperuit.

Clavibus spinarum aperitur colorum ostium.

Math. 27. 29.

Amor perferretur in Corisii pectore, vel puniendâ ratione.

Ioann. 19. 54.

Nec eua quis pno sic corde

Isai. 43. 87.

Quod op probuâ eius cor de lens cium.

neque Christus confusus confessione ingratitudinis: gratias & munera pungentibus contulit, ingratitudinem quartanivis sciret.

9. Haud in visione magna (qua nihil maius, simile, aut secundum) Moyſis iam oblitus testimonium; quoniam exprimentum amoris ignem, proximum illi Pallas occupavit honorem. Ibi videtur rubus, qui captivus populus. Ignis, amor eius, qui de caelo descendit, ut de tyrannide ac captivitate exiret. Quid amplius? Arcanum etiam continet articulus. Ibi dicit Moysi Dominus: Ego sum, qui sum. Est definitio Dei. Definitio Dei? Quorsum itaque cum spinis rubi populi ingrati, cum amoris igne, actus associatur scientia? In splendore flammantis amoris, etiam cum scientia, & infallibili cognitione ingratitudinis. Nota, dum senticosi rubi obijcitur specimen: scientia & amoris singularæ certamen. Dicebat scientia, Populus dura cervicis. Amor vetò, Forsitan futura conversio cordis. Ingratus est & rebellis; sed fortasse obsequijs, blanditijs pigebit ingratitudinis. Est caperata frontis; sed pudore tædebit procacitatis. Non est confusus confusione, quippe nescit erubescere; verum facies rubebit ex pectoris charitate. Non est, dicit scientia, spes. Ultra spem charitas extendit ius. Scientia operabatur cognitione: amor blandimine; intendens in populi libertatem, ut exueret tyrannicam servitutem. Scientia exponebat duriora ingratitudine corda, quò maiora in perdules beneficia: exitum ex Ægypto, ut eum irritarent in deserto: igitur si ita effrontes sub iugo tyrannico; quid facturi sine iugo? Si modò exleges, in libertate dociles? Pacem Angelorum si plueret, in naufragac murmuracionem desinet; & sic alia, veneratione Deitatis relicta, propter idola. Omnes dilectionis demonstrationes rependendas fore iniurijs; & fatius esse, minime consulere gratijs, sed relinquere vel gementes in ipsa captivitate; ut noscerent, quam amarum Deum relinquere. Ita scientia. Aliter pectoris flamma: visionemque magnam vocat Moyses, in amoris gymnasio oppositiones certeminis; quia in nova cathedra amoris commendat scholæ sublimitatem, diligere & plus diligere, cognoscendo ingratitudinem: deserere copiosas è pectore ignito gratias; quamvis ad redamacionem rigentes novit spinas: magnum quidem quòd ignis amoris flammam gratiarum distribuat, quamvis ingratus non ardeat: quòd beneficia pravis & reprobis spargantur; queis alia corda si arderent combure-

Ubi sup. v. 14.

Certamen amoris Christi & scientie

Quam magnam amoris ex cognitione visoria!

Stroz.

Theo. crit.

Argumenta scientie.

Ovid. Epist. 11 v. 17.

Plaut. in Persa s. 1. v. 19.

Manil. s. 1. 175 Ca. ult. 74. v. 4.

rentur. Magnum denique & magnificentum; dum cæli vident, quod munera ingrati conticeantur, velint, nolint: sicut amor, quòd eius gratiarum rutler ignis; licet in rubo pectoris præsentat sentes. Uterius. Retinet influxus ignis amoris in pectore, speculam scientia, cor protervum repræsentans ingrati. Ratio ingratitudinis spinas obijcit; pectoris ignis voluntatem tradit; & cum amare cognoscendo ingratitudinem, fit miraculum novum (& in rubo videt Moyses huiusmodi amoris signum) magnam visionem & meritò dicit; quoniam nihil illustrius videri valet. Amoris namque portentum, ubi infelicitate solis, Incidit in fraudem vulnifigumque rubum.

10. Christi philanthropi exhibet Evangelista misericordiam ac gratiosam dilectionem. præfati articuli appetine demonstrans praxim. Cum dilexisset, dilexit. Quos zelum? Suos. Sui non erant ad amoris ambitum cum inter illos, qui proditurus eam. Hoc sciebat, & ut suos impensius amabat? Quomodo hæc congrunt, amantem iniuriâ afficere?

Accinit Theocritus, Edyl. 29. v. 10. Fomes amoris amor. Unde fomes amoris dolor? Non est fomes ad amorem. Henim, Silex enim percussus elicit ignem. Quis esset, non ignorabat: & cognoscens diligebat? Quorsum scientia? Ut cordis emens ulticitas emicet flamma. Amor illum descendentem de caelo traxit in mundum, cum habitu humanitatis; ut appareret quasi unus è cæteris. Amor ob fidei excessum, usque ad pedes demisit discipulorum; & impulit usque ad crucis passionem, ut conficeret hominibus libertatem. Scientia ostendebat, ab illis (pro quibus vivit ab aula cæli) pravè crucifixum iri. Si fluderet gratijs, earum

Semina iecisset, totidem sumpisset & hostes. Sicet ergo ingratitudo benevolentia torrentem, pietatis fontem, fluentem misericordiz ac rorem clementia & gratia. Improbus ingratus, qui beneficium scit sumere; sed redare nescit: etenim officipetda in officio, qui gratiam haurit perforato animo. Quid? Qui magis dignati, magis insenti: in proditore perfidia dolosa, in alijs fluxam fidem testatua fuga. Exitus acta probant. Hoc sane & omnino scitum: sed novi amoris ad artem Ingeniù solens. Siquae in compendia pugnas; Nec aestifere amare, omnia si stiant.

O Deus, non tantum natura, se emulacione beneficis! Ingratos cognoscet, atque in dilectione perstitit. Scientia ostendit, ve-

rùm flammâ pectus ardet. Arguit scientia, respondet amor in Ichola nova; ut eius & scientia construat cathedra: in qua Iesus dilexit cum dilexisset; quippe cum homines dilexisset, etiam ingratos sciens, dilexit.

Novo modo amas: nihil amas. Inquebat Plaut. in Milit. Act. 3. Scen. 11. v. 3. Fallitur: imò diligit multum, propter novum dilectionis modum: etenim amodinis non tam flamma, quam excessus; ingratos scire, atque diligere ingratos.

11. In gratia iusticia atque exhibitâ in cenaculo, elucet illæ præclara dilectio. Iesus enim eximio ductus amore, sacramentum ipsi instituit Eucharistia; ubi iure dicitur panis voluntatis, panis dilectionis, amoris vehementis summitas; in quo notescit charitatis immensitas, vel in homines totius pectoris sagittarum scopas. Cur ergo à Siracide plauditur Panis vite & interuentus? Vix patet, quia panis vivus, qui de caelo descendit: ut panis intelligentia, cum procedat ab amore? Utique. Tot in cenaculo operatus est Iesus; ut amoris esset fides, pectoris demonstraciones, ut videretur hominum ignoratæ iniquitates. Tot exhibuit gratias, quasi nesciret iniurias. Tot contulit beneficia, quasi ingratitudo ignota. Illis favere sine demeritis, erat commendatio honoris: aversionem scire, & in gratijs permanere; propter amorem amare: & qui panis eximia charitatis, signatur iure superioris panis intellecttonis; ut diceret scientia in nova schola, quò novi amoris pervenisset vehementia: etenim insignis, nova thesis in cathedra charitatis) ex contentione intelligentia & amoris) cognoscere indignos; & diligere ingratos: videre spinas; & distribuere gratias: sciro pugnacia in anteriorum corda, & propendere in obsequia; ut per singulare ingenium studium,

Mella suavit illi, ferat & rubus asper amomum.

12. De annulis Moysi in memoriâ & oblivionem, dixi alibi, & iterum agam, Tautolog. 12. D. 5. n. 8. Oblivionis dedit Æthiopiâ, sibi retinuit memoriâ. Signum elucet eximia undique dilectionis, ex vehementi flamma pectoris. Non miror; si in utroque amor flagrare; cum amor amori mutua recordacione responderet. Ac distributio perpetratur annulorum, ut splendeat excessiva dilectionis studium: igitur nimis Æthiopiâ, quantumvis nigra diligitur; est immemor obsequiorum amoris obliviscatur. In Sina cum Numine media lege

Non obliſa in amor fact.

Plaut.

In quo amoris novo scilicet

Eccl. 11. 3.

Cur panis Eucharistie in dicitur panis vite ligur

Summitas amoris

Virgil. 3. Eclog. v. 89.

Annuli Moysi.



Crete. 1. 6. Jerem. 2. 32.

lege desponsata est Synagoga, annulique distributi in redemptione mutua: à qua cum defecit sponsa; dixit Sponsus: Oblivione oblitiscar. Flamma clangit amoris, quia populus meus (ait) oblitus est mei diebus innumeris. Memoria nam, ut flammam amoris fuscitet? qui ita fastidius, memor erit? Cum iratus fuerit, misericordie recordabitur? Numquid in æternum irascetur? Exigit ingratitude, & charismatum cum clendijis turpis obliuio.

Carul. Eriq. 74.

Desine de quoquam quicquam bene velle mereri, Aut aliquem fieri posse putare tuum. Omnia sunt ingrata: nihil fecisse benignè est: Ino iam tædet, tædet obesse magis. Mæsis copiosa sentium, unde seminatrum triticum. Cum despectu & oblivione tanta, erit in gratiam memoria? Utique. Veniet & favor prorsum, qui irrigavit torrentem spinarum. Hæc dicit Dominus: Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam & charitatem desponsationis tue. Synagoga diebus innumeris oblitiscitur, & Numen oblivionis in radium non recordatur? Numen est. Quasi sua interesset, dilectione flagrat in pectore cor. Commutati sunt annuli, Oblivionis sumperat Archiopiola ingratitude in fœda nigredine: Deus sibi assumptis memorie in excessum charitatis, & eximiam flammam cordis: siquidem diligebatur, quantumvis gratie ingrata oblitisceretur. Sicine Christi erga ingratos amor: dicique percussum cor:

Ubi sup. v. 1. Cuius bama oblitiscitur, Iesu gratia & amoris recordatur.

Ovid. 2 de Rem v. 324.

Statera eius scilicet & amoris.

Theo. criti. Eriq. 23 v. 3

Ardoris est rogos iste mei. 13 In cenaculo latera mirabilis facta ex amore & scientia. Librabat scientia iniurias generis præverberati, à supplantatione Adami. Amor generis fragilitatem: ne è pectore facile excuteret ignem. Scientia, fuisse ex malignitate crimen, quod pietas signabat fragilitatem. Amor gravitatem criminis nonnumquam fuisse elevationem pietatis. Scientia, flagitia gratis indulta, licentiam esse ingratis in maiora. Amor, iniquitatum pudorem, advocare averfionis penitudinem. Scientia, sanguinem Salvatoris effusam, multis non fore remedium: videretque in proditore speciem, qui tot & totis dignatus

Oberat amantem. Moribus nequaquam similis. Nihilominus amor è cathedra propugnabat, gratiam etiam illo in statu affuturam; ne proditor quereretur vel ab offenso non habuisset gratiam. Erant in æquilibrio scientie & dilectionis, quasi è libramine lance. Cuius erit palma in causa, & propensio in latera? Cuius? Litem direpne Salvatoris

pectus. Dum Iesus in cenaculo cordis demonstravit flammam; pondus amoris elevavit scientiam: igitur quasi dignos invenit, ingratos favit; & pectoris fervavit immutabilem fidem, à quibus sperabat nec ullam redamationem.

14 Fortis est ut mor dilectio: dicebat in ore Sponsi Iesus Valida dilectio in mors? Sæpe exposui in argumenti varia illustrem auctoritatem: exacuum novum in articulum acumen. Quid mors cum amore, si amor in vitam amantis? Non est amor communis, sed amor fortis. Amor communis est puerulus: fortis amor sanè magnus. Ille uti pupus qualibet iniuria plorat: hic uti magnus in doloribus exultat: amorque fortis ut mors in laboribus perferit; quia virtute nunquam & nusquam in certamine cedit. Ita eius virtus, si ex toto possidet pectus: mortisque habet speciem in magnitudine; quippe ita fortis in pugna, cui occurrat pati mortem. Alia timor. Ex mortis connotatu amoris cognoscitur fortissima magnitudo. Ex effectu mortis notescit, amor in excessu quam vitalis. Ingratus oblivione beneficii, iacet inmemor tamquam mortuus à corde: corque iure dicitur mortuum; quippe gratiæ respondet nec ullum verbum. Ni esset mortuum, responderet; cadaver nec cogitat nec videt, nec audit de gratijs & obsequijs nihil intelligit. Perit gratia, frustrantur studia; quia non redamat, quamvis pluviam gratiarum in illud amor effundat: mortique confertur amor fortis, exprimens per obsequia excessus æstantis pectoris; quippe tunc ostendit constantissimam virtutem, dum summe diligit amori non respondentem. Cogitat mortuum ingratum, neque gratiarum suspendit studium. Hinc fortis dilectio, & fidei diligentis magnitudo: equidem pectore nudo manifestat amorem, quamvis videat mortui cordis effrontem ingratitude nem. Vernaculè: Su fineza à la muerte se compara; porque un amor grande no espera para amar la menor correspondencia.

15 Vifum in cenaculo huius fortis amoris prodigium. Sciens Iesus quia venit hora eius (Augustin. in Ioann. Tract. 119. Hæc est hora illa, de qua Iesus, aquam conversurus in vinum, dixit: Nondum venit hora mea. Intendit sanè per ignis gratiæ vini celestis) fervorem; in cordibus nullam inesse criminis frigiditatem.) cum dilexisset suos, qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos. Quid in finem? Summe vehementius, perfectissime? In finem, id est, in contentionem; ut alibi diximus. Certatim,

Per-

Pondus amoris in ea, quo mentem elevavit Cant. 8. 4.

Cur eius amor dicitur fortis?

Dilectio eximie, sine ulla cogitata redamatione

Auguf.

Ioann. d.

Ita amoris plenitudo; ut diligeret contra que dicitur ratio

Alapid.

Genef. 3. 24.

Pe. of Iesus, in dilectionem primum.

Virg. 2. Eclog. v. 73.

Perpropria vox! Repræsentatione scientie & amoris, pugnant difficultate certaminis, hominum iniquitas, arque Salvatoris pietas: & prævaluit in conflictu amoris flamma; quippequam etiam ingratitude cognita, mulcere decrevit nimis gratijs faxea pectora: totius copioza dilectionis fundens torrentem, videns & previdens illorum ingratitudinem. Dilexit in contentionem, certatim in amoris plenitudine: equidem copiosa flamma, ignilque vehementia, amorisque plenitudo; diligere ingratos contra que dicitur ratio. In finem, amore frustrato, vel in gratiarum excessu. In finem, significat (iustit Alapida) tantum fuisse suum erga discipulos amorem; ut licet sciret, sibi instare atrocissimam mortem, eius quasi oblitus, totam se in amorem & obsequium effuderit: Erat ad introitum paradisi plenus scientia, ascendens super Cherubim; cum flammeo gladio demonstrans pectoris ignem. In cenaculi tractu ferrum datum scientie, ignis amoris. Gladium exigebat hominum ingratitude: Ignem Salvatoris dilectio: & vibravit contra amorem, etiam sciens illorum ingratitude nem: igitur etiam habens in manu fulminantem gladium; nunquam ex flamma amoris exercuit ictum. Hic finis amoris sine fine, cursu successivo dilectionis; ut diligere præ amore pateret amoris finis. Relat dicere de eius generosa præstantia, & diligentis præsentia. De hac Tautolog. seq. Didasc. 3. De præstantia, Tautolog. 4. Didasc. 3. egi.

16 Caveant improbi; ne amor plenus, audiens scientie documentum; sumat & gladium in usum: equidem dum illudicit pietas, gladius remota flamma exardescit in iras. Amor (sicut à Theocrito, Eriq. 23.) ambiebat cor hominis; habens vel fastidia pro delicijs. Vel gratis ingratum relucit, nec Amorem etiam hospitem voluit. Iracebatur studijs: Invenies alium, si te hic fastidit Alexise

Qui merito dulces, amores effrons experiretur amarus. Amorem omnino respuit, & cor obduruit. Amor ut tristis recessit perennis ingratitude; cum prius intenderet pectus lapideum in redamationem expugnare. Quid sicine inefficaci efficacità, & sine pondere dilectionis dum visa pondera? Stabat e basi amoris eminenti imago: Exiit simulacrum, & improbum occidit. Infit, à v. 59. Amor fovit, & imago amoris interfecit: igitur ita ingrati offensa; ut in vindictam etiam moveatur statua. Videtur lucta expressa cum Iacobo. Ecce vir luctabatur cum eo. In arena athleta restitit, cum ille gratia amoris sollicitaret vincere. Amor adhuc certabat. Iacob luctantem, virtutemque impetuosè frangebatur. Totus conatus enixè luctantis, fuit voluntatem expugnare resistentis: unde cum eum superare non posset; quasi perterritus percussit. Reliquit pectoris ignem & sumpsit enssem: ut constaret vulnus ex ingratitude, quia percussus ab amore. Venit Iesus ut homines vitam haberent, & abundantius haberent; eod quod tempus luctandi, etiam tempus miserendi: intendens in amoris reverentiam & studium; quamvis propriam videret confusio nem & opprobrium. Hinc dicit & commendat de amore mandatum novum; novam suis instituens cathedram & studium; quo uniretur amor & scientia in nova schola: etenim novum, quod ita amantis cordis excessus; ut dilectio etiam tenderet in ingratos. Ingratus, qui nescit. Ingratus, qui benefactorem non cognoscit. Ingratus, qui gratias non retribuit. Ingratus, qui beneficium spernit; sed qui oblitus tot obsequijs pectus præclare beneficium, profectio ingratus omnium. Ita querula Iesu vox:

Nil de te mecum est, nisi tantum iniuria: nec te Admonuit, quod tu pignus amantis habes. At mandata dedi: nec enim mandata dedi esse Ulla, nisi ut nolles inmemor esse mei.

Status amoris e. cidit ingratis

Theo. criti.

Gen. 32 24.

Verf. 15

Ioann. 15 24. Quod nunc in amore mandatum non dicitur

Ovidi. Epiq. 1. v. 101

